

171  
109

62/

## Epitaphium Aldi

Posses ubi tandem concepta Academia condi

Nullus in hoc Aldi cum loeq orbe foret.

Sectum ait insipiens, tellusq, indigna valete.

Atque opus ad canigos transtulit Elifios.

63/

Doctori Martino Luthero Andreas Otlander  
Gratiam et pacem à deo patre, et Domino nostro Jesu  
Christo amen. Sum mihi ejus nunciis copia esset facta,  
quem certo confiderem ad te perventurum, Charissime,  
in Christo frater, non potui non scribere aliquid ad te,  
tametsi nihil haberem dignam tuis auribus, ac vererer  
etiam, ne in publica commoda peccem, cum sciam te  
nunquam otiosum. Cesar Augustam pervenit tandem,  
nos nihil novi adhuc habemus, nisi quod nostri neq,  
pompa in die corporis Christi interesse, neq, non libere  
concionari voluerunt: nostros autem duo omnes, qui  
hactenus verbis susceperunt et tenuerunt. De concionibus  
tamen acriter pugna fuit, cujus finis, ut omnes concio-  
natores facerent proter Casareanos; nam promisit se  
ordinaturum, qui sinceriter doceant; nostrum, in pri-  
vatis suis hospitibus me concionandi retinuerunt. Sed  
hæc tu fortassis melius nosti. Dicunt Marchionem Geor-  
gium vicinum nostrum coram Cesare, magna libertate  
dixisse, se nalle carum suum caput amittere, quam ver-  
bum dei aut negare, aut eo privari. Casarem respondisse:  
~~unfr Hoff abfain, unfr Hoff abfain~~, neq, enim recte  
Germanice aut Latine novit magno damno nostro et dede-  
core suo, quod et ipse intelligit. Optaret enim carere ali-  
qua alia lingua et aliquo regno, ut recte Germanice loqui  
possit. Evid futurum fit nondum conjiere, possumus,  
neq,

neq; quicquid certi consilii nobis adest, nisi quod deum oramus,  
ut adiutor cause nostrae sit, quod fore confidimus. Ego  
hisc diebus scribere coactus sum apologiam sive constitutum,  
quomodo nostri agere debeant eo animo, ut ne quoz  
illuc profecturum putarem; quid futurum sit adhuc nescis,  
nihil certe dignum efficere possum Philippum, cuius  
apologiam vidi et valde probavi. Dum obiter acta consi-  
liorum oberrans perlustris incidi in locum

in quo aperte suadetur, in eo praecipitur comu-  
nio uxorum; et papista tamen eiusmodi nu-  
gas non modo servant, verum ore edunt; mihi ob hoc  
valde placuit, quod hoc argumento probari potest, nihil  
sub Clementis nomine extare, quod eius sit, id quod vehe-  
menter volebam, quanquam locus ad irridendo, objur-  
gandos et traducendos papistas aptus videtur esse. Literae  
suae proxima quantumvis breves mihi gratissima fuerunt  
usui quoque et utilitati futurae. Praeterea cum res ardua  
sit, quae in Comitibus controversatur; rogemus Dominum  
ut ipse Ecclesiam suam tueatur, id quod certo scio te fa-  
cere, tantum ut etiam pro nobis ores, ne desperamus  
Dominum, ne ex ipse desperat nos. Bene vale in Christo Iesu  
Dominum nostro. Datum Norimbergae 21. Junij 1530.

Inscriptio.

Optimo viro Arist. seruo  
D. Martino Luthero suo in  
Christo fratri.

Andreas Osiander

(64)

D. Mart. Luthero Urbani Regini.  
Gratiam et pacem in Domino. Jam urgebat tabellarius,  
et literae aliorum in fasciculum collectae erant, et ego  
culamum repente arripui, ne essem asymbolus; quoti-  
die cum per negotia licet, colloquar misceo cum ore et  
pectore tuo Philippo, Jona Islebio et Spalatino; nec habes  
jam ullam